

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel


Carolsruhae, 1765

LXXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

permissum est ad vos se transtulerunt omni occasione cessante restituitis & eos a confortio vestro removeatis. nec omni modo de hominibus suis aliquem recipiatis. Vt igitur omnia hec perpetua gaudeant stabilitate. presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro iussimus insigniri.

Datum apud Hagnowe Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono decimo. Octavo Idus Septembr. Indictione octava.



LXXXVI.

INSTRUMENTUM RECONCILIATIONIS INTER FRIDERICUM II. IMP. ET EGENONEM COM. DE URACH.

A N N O M C C X I X.

Ex autographo Bada-Durlacensi.

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Sicilie. Ne processu temporum ab hominum memoria elabantur que inter eos aliquando contrahuntur Regia decrevit serenitas. ea litteris publicis commendaremus. Quapropter ad universonum tam presentium quam futurorum notitiam volumus pervenire quod nos attendentes grata servitia que dilectus consanguineus noster Comes Egno de Urach nobis jam dudum exhibuit. & poterit in posterum exhibere. ad removendum inter nos & ipsum omnem dissensionis scrupulum, in rectam sibi donamus & largimur proprietatem totam par-

tem hereditatis illius & bonorum illorum quam vel que de pecunia nostra a nobilibus uiris ducibus de Teck comparavimus, & quod ipse de jure nobis vendere & dare potuerunt. homines vero nec non & alia quæliacunque bona que sibi nec potuimus nec debuimus de jure donare ipsa jam dicto Comite in rectum & legale Feudum concedimus titulo feudali perpetuo possidenda. Preterea quicquid tam nos quam predictus Comes de bonis pie memorie Bertoldi ducis Zeringie in presentiarum obtinemus id uterque nostrum pacifice possideat. sicut ambo possedimus facta apud Ulmam inter nos reconciliatione. Et sciendum est quod Comes. E. bonis que tenemus non renunciavit sed pro ipsis gratiam nostram præstolabitur si aliquid sibi facere velimus. Eidem quoque Comiti firma nos obligavimus promissione quod de bonis suis nunquam ab heredibus suis preterea aliquid acquiremus nec pro hoc ei guerram inferamus. ut autem hæc omnia firma permaneant & illibata presentem paginam inde conscriptam sigillo nostro jussimus communiri. Hujus rei testes fuerunt. Conradus Metensis & Spirensis episcopus, imperialis aule Cancellarius. Henricus Basiliensis episcopus. Hugo Marbacensis Abbas. Sibertus Comes de Werda. Henricus de Niffen. Comes Ebirhardus de Helfenstein. Anselmus Marscalcus de Justingin. Evirhardus dapifer de Walpurch. Conradus de Wintirstetin & alii quam plures.

Datum apud Hagenowe Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono. quarto decimo Kal. Octobr. indictione octava.